



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

26. Executori quid agendum, perduto libro rationum defuncti, in  
restitutione malè ablatoru[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

deicommis. C. de iuris & facti igno. & te-  
 nuit Bart. & Iaco Butri. Bald. & Salyc. in  
 d. l. cum quis. & similiter Petr. de Anch. in  
 c. fin. de solutio. tamen † de equitate naturali 24  
 & consequenter in foro animæ, tale legatum  
 debet solui, ex quo ius canonicum fouet obli-  
 gationem naturalem vt d. c. i. de pact. Et eo-  
 dem modo in naturali obligatione, quæ subest:  
 quando civilis est sublata per præscript. vel  
 sententiam absolutoriam: vt dixi in c. fin. de  
 solutionibus.

Item debet † considerare ipse commissarius, 25  
 quod si debet restituere de bonis usurarij, quæ  
 ipse subtraxit in vita: quod debet se gerere se-  
 cundum librum suarum rationum: qui facit  
 fidem contra ipsum: vt l. rationes. C. de pro-  
 ba. l. nuda ratio ff. de dona l. si quis ex argenta-  
 rijs §. ratione. ff. de eden. Sin aut † sit liber de 26  
 perditus, tunc debet restituere probatib. per cõ-  
 iecturas: vt l. penul. ff. de periculo tutor. l. Lu-  
 cius. ff. de cond. & demõst. l. licet Imperat. ff.  
 deleg. i. debet enim illi satisfacere illa probatio,  
 quæ defuncto satisfacisset. Sin autẽ nec proba-  
 tio, nec cõiecturæ haberi possent, ab eo nulla fiet

executio : vt ff. de cond. & demonstr. l. in testa. el. 1. & ff. de eden. l. argentarius §. cum autem in ratione sui. & ita tenet Bald. in 11. & 12. questione 4. part. dicta l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. Item, circa hoc debet attendere consuetudinem obseruatam : veluti si testator reliquit uxorem vsufructuariam, & dominam in vita : & post mortem instituit fratrem, vel hospitale : quoniam attendet consuetudinem seruata[m] Bulgari vt authen. hoc locum. C. si secundo nupserit mulier. & per Bald. in 14. questione quarta partis.

- 27 Vidimus, an † debeat, atq; quo iure, nunc videamus quando. Vbi concluditur : quod statim debetur : sed ipse exequi debet intra annum à die aditæ hereditatis, vel mortis testatoris : vt §. si quis verò non implens. in auth. de hered. & falcidia. colla. 1. & in auth. hoc
- 28 amplius C. de fideicommissis. Fallit † primò, quando est appositum tempus, & dies vel conditio : quoniam illud attendetur : & dies quæ est apposita principaliter, dispositæ inest conditioni. vt l. tali in ratione sui. ff. de iure dotium. & l. quidam testa. §. si scriptus. ff. de lega.